Prima puella sic ait. Cur homo de huius vite molestiis querularis. nescis quod ex illis presertim multiplicatis ad magnum bonum. scilicet ad mundi contemptum promoueris. et requiem in deo querere salubriter oppelleris. et ad periculosas mundi blandicias declinandas inclinaris si tamen feceris quod ab experto doceris. Audi expertum videlicet magnum patrem Augustinum. Cuius inquit molestie in huius vite fragilitate crebescunt eternam requiem nos desiderare oppellunt. mundus quippe est periculosior blandus quam molestus. et magis cauendus est cum se illiciti diligunt quam cum se admonet cogitque contemptum. Dices forte. Est ne magnum bonum contemptus mundi. Est omnino. Aliter enim non ita studiose doceretur non modo in scholis puerorum. sed per ipsum salomonem sapientissimum. Vbi dicit vanitas vanitatum et omnia vanitas. et iterum. vidi cuncta que fiunt sub sole et ecce vniuersa vanitas et afflictio spiritus. et iterum dixi in corde meo vada et affluam deliciis et fruam bonis. et videri quod hoc quoque esset vanitas. et iterum post multa bona que recitat subiungit vidi in omnibus vanitatem. et post plurima alia in fine sic concludit Deum time. et mandata eius observa. hoc est omnis homo.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O homo si scires quam vim habent molestie. non te sic ipse molestie molestant. Quam vim forsitan inquires. Ecce virtutem habent gaudium tuum augendi. Sane gaudium illud quod est fructus spiritus. gaudium in deum. gaudium illud quod merito ad eterna gaudia nos disponit. Vis scire quod vi habeat molestie hoc gaudium augmentandi. forsitan aut et gaudium habendum in hoc mundo. Audi magnum patrem Augustinum. Vbi inquit maius gaudium maiore molestia preceditur. nam et maior est leticia post mestitudinem. et dulcior fit sanitas post egrotudinem. hec ille pater. et pari modo clarum est quod dulcior est somnus post vigiliam. dulcior cibus post esuriam. dulcior requies post laborem.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. Cur te molestant molestie huius vite. Dices forte. quomodo non molestant. cum sint inquiete. cum sint dure cum sint aspere. Sed hec profecto si bene scires non deberent te mouere.

pp. rns

Vis hoc scire breui sententia. Audi magnū patrem. spiritus inquit deficit ubi caro requiescit. ut em̄ caro mollib⁹. sic anima duris nutrit. Illam blanda refouent. hanc aspera exercent. hec magn⁹ p̄ s̄z quanti estimas exercitiū. Densa p̄ contrariū. Nonne quemadmodum in terra que non colit. que non scindit. nō mouet. herbis in vtilib⁹ replet. Ita anima que nō asperis exercetur ad virtutum incrementū qd̄ tale sequit̄ exercitiū. replet vitiis vitiō. Naz et aq̄ p̄ lapides duros et aspos agitata recētiō fit qn̄ aq̄ illa q̄ nō mouetur p̄ breue putrefieri cōsuevit.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Cur turbaris de molestia carnis siue etiā alijs de molestis. que p̄eligenda esse docuit dei fili⁹ non ex stulticia certe cum sit ipse sapientia patris. Si dubitas an sit ita. Audi patrem clareuallis. Nat⁹ est inquit hyeme. natus est nocte. nunquit casu credim⁹ factum esse. ut in tanta aeris inclementia et in tenebris nasceret. cui⁹ hiems et estas et dies et nox esse noscitur. Ipse certe cum esset dei vire⁹ et dei sapientia nascitur⁹ ex virgine cui⁹ erat in arbitrio qd̄cunqz vellet t̄p⁹ eligere elegit. qd̄ molesti⁹ est p̄sertim puulo et paupis matris filio que vix haberet p̄anos ad inuoluendum. p̄sepe ad reclinandum. et cū tanta necessitas esset nullam audio mentiōz fieri pellicū. prim⁹ adam pelliceis vestitur tunicis. secund⁹ obuoluitur p̄anis. non est tale iudicium mundi. aut iste fallit̄ aut mūd⁹ errat. s̄z dinā impossibile est sapiētiam falli. merito p̄inde mors est p̄udentia carnis. Siquidem et ipsa est deo inimica. seculi quoqz p̄udentia nomina stulticia. Quid em̄. Vtiqz qui non fallit̄ xp̄s elegit qd̄ est carni molesti⁹. Id ergo meli⁹. id vtili⁹. id poti⁹ eligendum est et quisquis aliud doceat p̄suadeat ab eo tanq̄ a seductore cauendū. Iam vero nasci voluit etiam nocte. et ubi sunt qui tam impudenter semetipsos gestiunt on̄tare. Ecce xp̄s elegit qd̄ salubri⁹ iudicat. Vos aut̄ eligitis qd̄ ille reprobat. Quis p̄udentior e duob⁹. cui⁹ sententia sanior. et iudicium iusti⁹. h̄ pater predict⁹.

Capitulum nonum cōtinens cōsolationes super penalitatib⁹ afflictionib⁹ et dolorib⁹ sensibilib⁹.

Mono post premissa. accessit ad sepedictam dñam cōsolatricem etiā ali⁹ tristis querens sup penalitatibus afflictionib⁹ et dolorib⁹ sensibilib⁹ recipe ab ea cōsolationem. at illa eidem de suis puellis gratia cōsolatois sibi impēdende q̄tuor satis ydoneas assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. Ecce i p̄alitatib⁹ te video pene d̄ficere. s̄z h̄ p̄fecto i debite. Nepe i p̄alitarib⁹ n̄ solū p̄t hō cōsolari s̄z etiam delectari. Nonne hoc ex gestis patet illi⁹ nobilis agathe q̄ letissime et gloriāter ibat ad carcerē q̄ ad epulas iuitata. q̄ et diuersis peis afflictā dixisse fer̄. Ego i h̄is peis d̄lectōz sicut q̄ bonū

7

nuncium audit. aut qui videt que diu desiderauit. aut qui multos thesauros inuenit. Sic dicit. nec credendum est q̄ gratis ita aut falsum dixerit. Nimirum de omnibus reddidit superius. soroz mea rationem. Sed et specialiter de thesauri moneta et ipsius percussura per neptem meam pat̄ eodem libro reddita fuit ratio manifesta. Verum licet hec p̄ dicti sui veritate bene sufficerent. tamē adhuc ex superabundanti ratio potest reddi de auditu boni nuncij et de vi su diu desiderati. Nonne em̄ is bonum audit nuncium cui id nunciatur quod nihil melius reputatur. Quid nam est hoc inquit. Audi uerbum magni cuiusdam rethoris. Quid potest inquit melius esse q̄ domi esse et mecum esse. hic tamen rethor uictus est per puerum sue iam premissis questioni taliter respondentem. Hoc semper erit melius infirmus fui et sum curatus. Sed quid. Profecto penales presertim graues utrumq; nunciant. quippe existentibus in exilio in hac ualle miserie nunciant q̄ post breue redibunt ad patriam ad proximam mansionem eis ab eterno deputatam. et tunc quidem domi erunt pariter et in suo erunt in eo scilicet quod etiam nunc eorum est. quippe beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. quam ipsorum est regnum celorum. Nunciant etiam et secundum. sicut causa effectum in infirmis scilicet dualescitiam de proximo consequendam. Nimirum qui sine penalitibus uiuit. ille defacili ut boetiane consolatricis uerbis utar letargum patitur omnem illusarum mentium infirmitatem in dei obliuionem et future uite deducentem. sed hic per penales statim curatur letargus dicente psalmista. Ad dominum cum tribularer clamaui. quasi mox expergefactus. sicut enim uerus letargus periculose dormire facit et qui hunc patitur uolenter illum moueri oportet ut curetur. Ita reuera motus penalarum presertim grauium ualet contra spirituales letargum. Nota igitur et illustris jeronimi dictum. Pro uidentia inquit dei omnia gubernantur. et que putatur pena medicina est. Sed et ille aristoteles in suis moralibus dicit q̄ pene sunt medicina quedam. Porro quantum ad diu desiderati quasi presentis intuitum q̄ ad illum deferat tribulatio penalarum hoc pacto patet. quia dominus desideratus cunctis gentibus prope est hijs qui tribulato sunt corde

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella prefati tristis afflictiones attendens ad consolandum eum sic ait. O amice considera q̄ afflictiones quas pateris corpore te affligunt etiam mente et quis est in culpa. Tu certe. eo scilicet q̄ mens tua plus q̄ oportet corpori se associat et fit spiritus socius passionis. Vis ergo in remedium optimum habere experimentum. Sequere expertum egregium patrem gregorium et doctrine eius accomoda cor tuum. Ecce quid dicit. Si mens inquit forti intentione in deum dirigitur. quidquid in hac uita sibi amarum sit dulce extimat. et omne quod affligit requiem putat. hoc ille. Sed et dolores afflictionis hoc pacto poteris mitigare si. scilicet quod operatur bona consideres

Occurrunt enim tria. Nempe discretè castigat. mentem fiducia roborat. et celestia multiplicat. Vis scire q̄ afflictio discretè castigat. Audi magnum patrem Augustinum. Carnis inquit afflictio est p̄ quas lascive mentis seminaria castigatione discretè premuntur. Ecce dicit q̄ per afflictionem lascive mentis seminaria premuntur. quod et alibi deo loquens magis exprimens. Tu inquit superaberas misericorditer seuiens. et amarissimis aspergens offensionibus omnes illicitas iocunditates meas ut ita quererem sine offensione iocundari. percutis ut sanes. occidis nos ne moriamur absq̄ te. Verum ne hoc intellectum fieri excessiue nimis terreat. modificat dictum suuz asserens id fieri discretè castigatione. quod quidē excessum amaritudinis excludit. et debitam mensuram includit q̄ a deo dicta amaritudo restringitur qui nimirum huius rei in figura dicitur esse per psalmistam congregans sicut in vtrez aquas maris. i. amaritudinem afflictionis. quod et in job figurate dat intelligi. dicens. Circumdedit mare terminis meis et posui vectem et hostia. et dixi huc venies et non procedes amplius. Vis de afflictione ulterius scire q̄ mentem fiducia roborat. Audi p̄fatum egregium gregozium loquor. Tanto inquit maior fiducia mentez roborat. quanto hanc fortior p̄ virtute afflictio angustat. Nec ille nec mirum quia et de ipsa angustia loquens filius amos. Domine inquit in angustia requisierunt te. Sed quid requirentibus deū profecto psalmista dicit requirentes autem dominū non deficient. Vis deniq̄ scire q̄ afflictio celestia multiplicat. p̄sertim si quis eam humiliter sustineat. Audi itidem dictum egregium. Afflicti inquit terrena perdimus. sed afflictionem humiliter sustinentes celestia multiplicamus.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella ad dolores p̄fati tristis se d̄ferens sic ait. Erater karissime suadeo tibi ne doleas multum sensibili de dolore. cor tuum occupante. Hunc nanq̄ auget opinio q̄ si animi magnitudine ne cor tuum occuparet p̄videres. ipsum dolorem vel quodammodo non sentiret vel leuem redderes. si igitur te grauat dolor sensibilis. Audi illum illustrem virum gerentem in pectore virilem animum Senecam loquor. Noli inquit mala tua facere tibi grauiora et querelis te onerare leuis ē dolor. si nil illi opinio adiecerit. e contra si te exhortari ceperis ac dicere nil est. Aut certe exiguum est duremus iam desinet leuem illum dum putas facies omnia ex opinione suspensa sunt. tam miser quisq̄ q̄ credit. Nec ille vir illustris. Idem rursuz alibi. Dolor inquit imminet si exiguus est feram. leuis est patientia. si grauis est feram. nō leuis est gloria. dura res est dolor. p̄mmo tu mollis. Nec iterum ille.

Capituluz decimuz continens d̄solatōes super passioib⁹ exteriorib⁹ et magnitudine et latitudine earum.

v

Decimo post premissa accessit ad supradictam dominam consolatricem etiam alius tristis desiderans super ex-
terioribus passionibus. et earum magnitudine et lati-
tudine consolari. cui illa pro consolatione impenden-
da de suis puellis quatuor deputavit.

I. CONSIDERATIO

Prima puella sic ait. O amice nescis quod homo sapiens libenter
ei se associat. cum quo magis se sperat lucraturum. Sed quis
est ille in cuius societate tantum quis lucrari posset. sicut in socie-
tate ipsius christi. Certe nullus. Ipse namque est patris sapientia. illa
inquit sapientia a qua et in nos ei sociatos sapientia venit. cuius ac-
quisitio melior est negociatione argenti et auri. Ipse est qui omnes
patris possidens diuitias de nundinis paradisi ad negociandum
ut lucrificeret animas. descendit huc ad terminos terre. et certe
per eum empti sumus precio magno. videlicet suo sanguine precio-
so in passionis sue articulo. Quid ergo. Profecto si et ipsi volumus
nostras proprias lucrari animas quo lucro nil terrenum melius est.
quid enim proficit homini si lucretur uniuersum mundum. seipsum au-
tem perdat aut detrimentum sui faciat. Opere precium est nos ei as-
sociari. simili modo mercationis scilicet communicando christi passio-
nibus in nostro corpore representatis. Ad quod faciendum et inde
gaudendum hortatur nos apostolus petrus. Communicantes in-
quit christi passionibus gaudete. Nimirum nos hoc pacto. scilicet si christi
passionibus communicauerimus. pro ipso passiones illatas cum patien-
tia tolerando. dicti lucri animarum nostrarum possessionem consequemur
ipso redemptore nostro dicente. In patientia vestra possidebitis
animas vestras.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Nonne militi res esset presus gloriosa.
atque idcirco gaudio habere. ut inter vexilla regis
quod excellentius foret et apparentius sibi pre alijs ducendum com-
mitteretur. Esset omnino. sed quid. Profecto si passiones exteriores
magne sunt et late. tunc quidem vexilla regis predeunt. Hoc signum
magni regis est. Eamus ergo et signum homini insectemur. christus
namque passus est nobis relinquens exemplum ut sequamur vestigia
eius. sed que sunt vestigia eius nisi passus eius. qui sunt autem pas-
sus eius. Hi sunt eius passiones quibus tanquam passibus oportuit eum
intrare in regnum suum. regnum inquit non terrenum. sed celeste. sed
eternum. regnum quidem omnium seculorum. ergo est magnus do-
minus. et rex magnus super omnes reges terre. habens in vestitu
et in femore suo scriptum. rex regum et dominus dominantium. Sa-
ne vexilla quibus rex iste magnus in terris usus est sunt quidem si-
gna amoris que relucent in his que vel in se vel in suis passus est.

3
Quomodo namq; aliter amica sua et sponsa ecclesia in passione cā
raret. **V**exilla regis p̄deunt fulget crucis misterium. **E**elix ergo
miles xp̄i et dignus in celis honorandus cui cōcessum est in partici-
pio ex passionis sue magnitudine regale quoddammodo vexillum p̄e
multis alijs ducere seu gestare.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. **O** homo cur non libens pateris qui dudū
legisse aut audisse potuisti q̄ non sunt odigne passiones huius
temporis ad futuram gloriā que reuelabitur in nobis. **D**ices for-
te. si non sunt odigne. quomodo tunc merebimur futuram gloriā
de odigno. **A**d hoc tibi respondeo. **S**unt quedā passiones quas sic
deus acceptat q̄ per eas meremur de odigno. **S**ed ille quidem non
sunt huius temporis. i. tempore qd̄ mensura motus est s̄m prius et
posteriori mensurate. sed totam suam esse simul habent cuiusmodi q̄
dem quelibet passio est salus et perfectio. talis passio est dei et p̄ri-
mi caritativa dilectio. **P**recise autem illa cuius duratio p̄prie scdm̄
p̄rius et posteriori tempore mensurat̄. que ideo dici potest passio hu-
ius temporis diuini non discreti. non est odigna ad futuram glori-
am quous et illa saltem de congruo vel vna cum predicta secunda
passione. etiam forte de odigno ut dignanter a deo acceptata ad
futuram gloriā ordinetur. que exterior passio digne non modo li-
benter. s̄ eo gaudenter potius toleratur quo malum pene in ea cōsi-
stens a bono glorie quod per ipsas utrumq; cōsequimur impropor-
tionaliter superatur.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. **O** amice quis xp̄i passio ad oim̄ hoim̄ q̄
sunt et erunt salutem cādam sufficientiam habeat. ei tamen
aliquid deesse potest cuius suppletio ad celestium gaudiorum p̄mouet
quantitatez. et p̄ certo si hoc est hominis passio temporalis. eo gau-
denter est toleranda quo per eam homo se et p̄rimus p̄t ad augmē-
tum eterni gaudij p̄mouere. **S**ed quid. p̄fecto ita esse videtur in-
nuente hoc apostolo. **N**unc inquit gaudeo in passionibus et adim-
plebo ea que defunt passioni xp̄i in carne mea p̄ corpore eius qd̄ est
ecclesia. **S**ed si expressus id desideres p̄ simile de passione tribulatio-
num declarari. **A**udi quandam deuotam sanctimonialē spiritus san-
cti ut putatur inspiratōe edoctā q̄ liber quidā visionum sic dixit
se refert. **C**um xp̄s inestimabili desiderio querat hominum salutez
et in se tales labores. s. corporales p̄pter homines ampli⁹ ferre n̄
possit. in suis dilectionib⁹ qui ei fideli amore adherēt. supplere di-
gnat̄. et sicut passio sua toti mundo p̄fuit. non solum sui t̄pis hoim̄
nib⁹. s̄ vsq; in finez seculi. sic et tribulationes iustis cedunt in me-
ritum. reis ad ueniā. defunctis pueniunt ad gaudium sempiternū

Capitulum undecimum continens cōsolationes sup̄ disciplina et
flagellis dei seu penis a deo inflictis.

70

Undecimo post premissa ad dñam consolatricem princi-
palem accessit etiā ali⁹ tristis querens sup disciplina
et dei flagellis seu penis a deo inflictis consolacione
recipe. cui illa hui⁹ rei gratia duodecim de suis puel-
lis assignavit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. **O** homo vbera matris habes. verbera pa-
tris habes. quoz vberum vtilitatem si nosces flagella dei vni-
qz amares. si nō desipes. Nonne em̄ tanq̄ puer adherens vberib⁹
venenosi lactis dulcedinem continentib⁹. velles etiā adhibita qua-
dam amaritudine ablactari. **V**ellē inquires. **S**z quid est aliud dele-
ctari in seculo nisi nō solido cibo spūalis refectionis s⁹ puerili af-
fectu lacte venenose dulcedis. qua ei adherens facile intori-
catur. nisi amaro aliquo remedio adhibito citi⁹ ablacter⁹ et ad ci-
bum soliduz celestis refectionis fame desiderij inclinet⁹. ac citi⁹ q̄-
dam gustu vel t̄pate in hac vita exhilaret⁹. **Q**ui⁹ p̄fecto a neq̄ se-
culi vberib⁹ piculose quidem ad interitū delectantibus. salubris
ablactatōis gratia adhibz p̄ celestis quoddam amarum remediuz
mediantib⁹ suis flagellis. **V**is d̄ hoc egregij patris gregozij egre-
gio testimonio v̄l aliquatim edoceri. **E**cce donis inq̄t suis d̄ fla-
gella p̄misce. vt nobis om̄e qd̄ nos in seculo delectabat. amare-
scat et illd̄ incendiū surgat. qd̄ nos semp̄ ad celeste desiderij inq̄-
tet et excitet. atqz vt ita dicam delectabiliter mordeat. suauiter
cruciet. hylariter tristet.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. **O** hō cur flagella dei n̄ libenter habes.
nescis q̄ si quis amari desideraret. signa etiā amoris dilige-
ret. **S**z quid. p̄fecto a deo omnis hō diligi vellet seu amari. s⁹ que
sunt signa amoris sui. **C**erte nō eius tm̄ amicabilia verba s⁹ magis
ei⁹ verbera et flagella. atqz ideo magis amāda et gaudenter ac-
ceptanda. **V**is scire p̄ plura testimonia q̄ sit ita. **A**udi primo salo-
monem. **Q**ui inquit p̄cit virge odit filiū. qui autem diligit instan-
ter erudit. **Q**uomō inquires. p̄fecto sicut magister discipulum me-
diantibus flagellis. **A**udi igitur et ihm̄ filium syrach. **Q**ui inquit
diligit filiū assiduatur ei flagella. vt letet⁹ in nouissimis ei⁹. hec ille. **E**t
ecce finis. **S**it em̄ fili⁹ patri per hoc finaliter amabilis et gratuz
obiectū leticie patris. **S**z et filius letabit⁹ in suo nouissimo qui de
flagellis tristabat⁹ forsitan in principio.

III. CONSIDERATIO

Tercia puella sic ait. **O** karissime de amore dei testimoniū utiqz
carum debet esse cor habenti amozosum. **S**ed quid. **C**erte de
amore dei patris nostri amāssimi reddūt cordi nostro testimoniū
flagella dei. **N**imirū verbū filij syrach p̄ sorozem meā recita-
tum qui diligit filiu⁹ assiduatur ei flagella sic est capiendum. **I**lle q̄
filium suum diligit vero amore. accomodat ei flagella assidue.

Vnde pater summus a quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur cariores pueros seipsum tenet sub virga aliquam discipline ita videlicet ut quicquid ab aliquo tedio liberantur in aliud incidant quod sequitur. Non enim vult hic pater contra filios omnes suas sagittas simul iacere sed magis unam post aliam successiue. Testatur hoc phyllo doctissimus deo loquens: propter partes inquit corripis eos qui exerrant. Alias hos inquit qui exerrant partibus corripis et nonne tali patri qui fidelis existens filiis facit in temptatione puentum ut possint sustinere merito dicitur a filio. virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Vtque digne presertim facta ad indisciplinatos operatione. Nimirum contra illos qui sine disciplina hic vivere nec reuocati sunt a suo errore indignationum suarum sagittas finaliter simul iaciet. ipomet teste in deuteronomio. Gregabo inquit super eos mala et sagittas meas implebo in eis.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Dic homo queso si granum paleis inuolutum rationis haberet usus nonne plus eligeret purgari per flagellum quam absque purgatione homini una cum palea picci in stabulum. vel ad locum quem per alium immundum ad augendum fimum. utique eligeret primum non secundum et nonne hoc innuere voluit granum illud nobiliter rex dauid usum rationis excellenter habens. utpote quod non solum in certa et occulta sapientie dei manifestari sibi petiit. sed et ad flagella dei paratum se asseruit dicens. Ego in flagella paratus sum. Nonne etiam patet propositum per illam felicem martirem beatam agatham que in eculeo suspensa et in mamilla torta et ea penitus amputata se nobili grano operans dicebat in hijs delectos sciens quod oportet primum flagellari triticum pro ponatur in horreum. Hec illa. Purgant igitur flagella utique rationis usum hominibus eligenda et patienter acceptanda tanquam purgationem peccatorum faciencia. Vnde et dicit ipse ait noster illustris Thomas aquinensis quasi fiant aliquo modo ipsius patientis in quantum. scilicet ea acceptat ad purgationem peccatorum eius utens patienter sic rationem satisfactionis accipiunt. Istud nouit granum illud nobilissimum granum tritici christi dei filii sub speciebus panis triticei sacramentaliter datur qui non pro se sed pro nobis satisfactor purgationem peccatorum nostrorum faciens antequam per mortem caderet in terram ne solum maneret sed afferreret potius multum fructum. pro nobis voluit flagellari et ad illum finem carne indui quemadmodum infra per sororem meam dilucide ostendet.

V. CONSIDERATIO

Quinta puella sic ait. O karissime cur non solaris in dei percussione seu flagellis. Nempe considerato medico et eius instrumento solaris posses merito pacum quidem habes medicum atque gratum delicatumque habentem quo curaberis instrumentum. Nonne medicus est ipse qui vulnerat. Non est opus querere per terrarum spacia quem pro medicum scientem forte modicum. vel fortassis grossum rusticum nimis ruditer se habentem sed ipse est qui dicit. Vniuersam et curabo eum

71

Non est etiā horrendum instrumentum. s; delicatū p om̄em modum
scz man⁹ omnipotentis. nec ymagineris hāc manū esse duram vel
asperaz. et non poti⁹ summe delicatā. leuē quidē atq; supra modū
fortunatā. De hoc quidem medico cū suo felici instrumento innuit
scriptura q; qz p̄t haberi non debent ei⁹ vulnera q; p̄pter bonum in
fert et in signū boni aliquaten⁹ reprobari. Audi quid ad sanctum
Iob postq; sup eū plaga venerat. dixerit olyphas themanites. Be
at⁹ inquit hō qui corripit⁹ a dño. Increpatio⁹ ergo dñi ne reprob⁹
qz ip̄e vulnerat et medet⁹. pcutit et man⁹ eius sanabunt. O felicia
vulnera et felices man⁹ que sanabunt illa.

VI. CONSIDERATIO

Sexta puella sic ait. O homo audi queso apostolum paulū. Ois
inquit disciplina in presenti nō videt⁹ esse gaudij. s; meroris.
postea aut fructum pacatissimum exercitatis p eam reddet iusticie
hec apostol⁹. s; tu forsan queres. q̄s est fruct⁹ iusticie. certe fru
ct⁹ iusticie sunt iusticie opa. et specialiter iudicia recta s; diuinā
legem iustificata. Suntq; h̄mōi fruct⁹ quasi poma seu mala aurea
in pabula salomois introducta. Nimirum p̄cipatōs sunt illoꝝ iu
dicioꝝ de quib⁹ dicit psalmigraph⁹. Iudicia dñi vera iustificata
in semetipsa desiderabilia sup aurū et lapidē p̄ciosuz multū et dul
ciora sup mel et fauū. etem serū tu⁹ custodit ea i custodiēdis illis
retributio multa. vbi alia habet translatio in custodiēdis eis fru
ct⁹ me⁹ mult⁹. s; nec mirum q; dulce sapit fruct⁹ iusticie. hoc nē
pe habet ex spirit⁹ dulcedine ratione spūalis et specialis influen
tie. s; et aureo decorat⁹ colore rōne virge ex qua nascitur. s. virge
discipline nimirū qualis v̄ga. talis fruct⁹ ei⁹. s; nonne virga il
la aurea est. p̄fecto sic. vnde nec gratis dictū est deo. virga tua et
bacul⁹ tu⁹ ip̄a me d̄solata sunt. quippe virga discipline dei est vir
ga patris misericordiaz et dei tot⁹ d̄solationis cui⁹ virga sicut
impatiens est ferrea que tanq; vas figuli d̄fringet eos. Ita pati
entib⁹ est aurea que in signum clemētie extendit⁹ filijs dei. vñ nō
est odienda. sed poti⁹ amplectenda ac deosculāda. quemadmodū
hui⁹ rei in figura osculata est hester virgam auream quā in signū
clemētie rex assuer⁹ ei extendit. quippe assuer⁹ beatitudo interp̄
tatur. et significat eū qui est sal⁹ nostra.

VII. CONSIDERATIO.

Septima puella sic ait. Nonne amice vel aliqñ audiuisi dixisse
illum arestotilem honoꝝ honorabiliū noticiam opinātes. ma
gis aut alteram altera. Stude g⁹ noticiāz h̄re honorabilioꝝ. Que
nā est ista iquies. D̄fecto h̄e noticia dei. et noticia tui. Audi ma
gnum patrem Augustinum virum tam eximium inter oim reruz no
ticias tanq; honorabilioꝝ et magis p̄ficuas duas p̄ligentē. no
uerim inquit te. noueriz me. hoc est dictu. doce me domie nosse me
Cur hec ab eo petitur noticia. D̄fecto qz hec ē vera sapiētia que

3

mittitur homini mediāte disciplina dei. dñte psalmista. disciplina
tua ip̄a me docebit eo scz mō quo mediante ictu discipline cogit̄
discipul⁹ submittere collum et respicere librum. Nunc et salomon
ait. Virga et correctio tribuit sapientiam. Sed et ip̄e psalmista. Co
gnoscer̄ inquit dominus iudicia faciens. i. p̄ sua iudicia penas in
fligens. Audi patrem clareuallis. Ip̄se se vult facere agnosci ver
berando qui oblit⁹ et incognit⁹ erat parcendo. Cape exemplum ī
rege babilonis nabuchodonosor quē de⁹ p̄pter suam supbiam de
iecit de suis palacijs. et fecit eum habitare totū insensatū inter be
stias pascendo. leuauit oculos sursum ad celum. et tunc sensus ei
reddit⁹ est. Sunt pleriqz quos domin⁹ p̄ dona sua nō potest moue
re ad sui cognitōz quemadmodum oquerit̄ sapientia in puerbijs.
Extendi inquit man⁹ meas et non fuit qui aspiceret. Quid ergo fa
cit. certe mouet eos ad hoc per ictus. discipline nimirum mos est
q̄ verberat⁹ qñ sentit ictum mox ad facientem eum cōuertit respec
tū suum. ¶ Porro q̄ flagella dei faciant hominē nosse seipsuz et
habere exp̄ientiam de seipso multipliciter patet p̄ ea que supra p̄
neptem meam circa hoc de tribulationib⁹ inducuntur.

VIII. CONSIDERATIO.

Octaua puella sic ait. Nōne velles. O amice in erarium tuū the
saurum infinitum introduci. et eunde⁹ tibi absqz diminutiōe
custodiri. Vellem inquires vtiqz. S3 queso dicito mihi quisnam erit
thesaur⁹ iste. certe thesaur⁹ tant⁹. nō thesaur⁹ mundi est. cui⁹ lu
cro seipm̄ homo facile perdit. de quo veritas ait. quid p̄ficit hōi
ni si lucret⁹. vniuersum mundum. seipsum aut̄ p̄dat. et detrimentuz
sui faciat. sed est p̄fecto thesaur⁹ sapientie de quo philo doctissi
mus testatur dicens. Infinit⁹ thesaur⁹ est homib⁹ quo q̄ vti sūt p̄ti
cipes facti sunt amicitie dei. Dices forte quonam mō. aut p̄ quid
thesaur⁹ iste talis existens et tantos amicos dei d̄stituens p̄ intro
duci. Ecce respondeo. Virga discipline stulticia fugatur et sapien
tia introducitur. Audi salomonem exp̄tissimuz qui vtrumqz testat̄
Nam p̄ primo dicit. stulticia colligata est in corde pueri. s3 virga
discipline fugabit eam. Deo secundo vero dicit. Virga atqz cor
rectio tribuit sapientiam. ¶ Porro si vis scire q̄ dictum thesaurum
quem tribuit virga discipline. etiam custodit. Discas hoc per d̄tra
riū. attendēdo v̄bū gregori⁹ sup̄ gregē catholicuz vigilantis et pa
stozes alios admonentis. Cor inquit salomonis idcirco funditus
sapientia deseruit. qm̄ ip̄m exteri⁹ nulla disciplina custodiuit. Si
dicatur quid ergo ad dauid de filio suo salomōe locut⁹ est de⁹ vt
ex regum libro nouim⁹. S3 inquit inique aliquid gesserit arguā eū
in virga viroz et in plagis filioz hoim. misericordiam autem me
am nō auferam ab eo. sicut abstulī a saul. Nōne per hoc patet q̄ sa
lomō de quo loquit̄ disciplinā dei sensit. que⁹ sic de⁹ in virga vi
roz. i. s3m̄ interlinearem gladio inimicorum. et in plagis filiozum

75

hominum. i. incommoditatibus corporum arguere proposuit si inique alii quid gereret quemadmodum et fecit. cum a deo deprauatum fuerit cor eius per mulieres alienigenas quas amavit. propter eas decus alienos secutus fuit. Scilicet quod si non ante hanc iniquitatem. quae disciplina sapientiae eius ne inique ageret custodiret. Sed post iniquitatem quam per ipsam disciplinam lueret ut penitentiam agens misericordiam dei per hic innuitur obtineret. Licet enim fuisse dicatur rex pacificus. non tamen a deo permissus mundi caruit. quia illam quam mundus non potest dare pacem. in se et in suis incunctam se habuerit. Stat ergo verbum praedicti pastore egregij qui directus ad propositum de disciplina. scilicet dei sapientiam custodiente sic ait. electum suum diuina gratia tunc magis erudiendum custodit cum quasi percussio deserit. Idemque itidem generali loquens dicit. quos deus durus ex dispensatione percussit. eos amplius ex pietate custodit.

IX. CONSIDERATIO.

Nona puella sic ait. O amice nonne nouisti christum quandoque corporali fuisse usum flagello quo de funiculis factus testatur euangelio. Eminentes et vendentes eiecit de templo. Hic quidem erat flagellum compulsiuum ad exeundum. cur ergo dubitas quin et flagello uita compulsiuo ad intrandum. Nonne ipsius faulum prostravit ad terram ut testatur mater ecclesia. et christo inquit de celo vocatus. et ad terram prostratus. nonne et tunc percussus est cecitate apertis oculis tribus diebus nihil uidens ut lucas testatur. et nonne felix prostratus. quia prostratus seuisimus persecutor. et erectus est fidelissimus praedicator. Nonne autem et felix percussio cecitatis. quae terminata est excellenter ad cognitionem et defensionem veritatis. Unde magnus pater augustinus. Paulus inquit apostolus per violentiam christi cogentis intrare ad veritatem agnoscendam et tenendam est compulsus. Sed quid. proculdubio uti dominus flagello compulsiuo ad intrandum ad agnitionem veritatis maxime delectatur. Vult enim omnes homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Sed et ad intrandum domum suam celestem ad cenam illam magnam compellit seu compellere facit. compelle inquit intrare ut impleatur domus mea. Si itaque stimulum dei senseris scias cum paulo durum esse tibi contra stimulum calcitrare. Si plagam dei senseris studeas te sub potenti manu dei humiliare et ad flagella eius paterna. corde et animo cum sancto dauid te patrum exhibere. Quod si feceris non dubites quin sequatur ut intres feliciter ad celeste diuinum et in gaudium domini tui.

X. CONSIDERATIO.

Decima puella sic ait. O homo cur in flagellis dei grauitatem plagam attendis. et non magis intentionem eius perpendis. Considera si rex magnus militi suo a lapam ioco daret. turpe esset et compusio si miles ille inde turbaretur utpote rustico similis. qui iocum non

3

intelligeret. quinimmo poti⁹ de tali alapa tanq̄ d̄ signo specialis dilectionis et fauoris ac sperande p̄motiōis multum d̄solari p̄f̄feret. **Q**uid ergo? **D**rofecto similiter si flagella dei siue plagas nō nude seu absolute d̄sideres. sed pulcherrime vellitas optimo. .f. signo cuz nō s̄nt nisi vt dei alape dilecto militi ludo date. **Q**uipe ludit in humanis diuina potentia reb⁹. s̄tq; signum sui amoris et fauoris. ac future tue exaltationis poteris in plagis h̄mōi miro modo d̄solari.

XI. CONSIDERATIO.

Undecima puella sic ait. karissime quis nō valde d̄solaret⁹ qui regem vel principem notabiliter offendiss; v̄l forsitan crimen lese maiestatis d̄misiss;. si i ip̄o rege signū p̄piciatōis. signū approbatōis. signū et p̄ign⁹ dilectōis. signū magni b̄nficij. **D**eiq; signū ip̄i⁹ regni hereditarie possidēdi acciperet. **S**; q̄d. nōne peccatores sum⁹ omnes. **S**i inquit **I**ohannes dixerim⁹ qm̄ peccatum nō habemus nosip̄os seducim⁹ et veritas in nobis non est. **S**ane ex hijs q̄ peccauerunt sunt qui regem et principem illum v̄niuersi permaximū et solum de quo mundi sapiens demonstrando d̄cludit. **V**n⁹ s̄o p̄iceps peccatis mortalib⁹ ne dicā notabiliter s; et execrabiliter offenderunt. et quis de numero talium non existit. **D**rofecto rara avis est in terra que non infederit vel q̄nq; hijs cadauerib⁹ mortuis scz mortalibus peccatis. **S**unt ex hijs et plurimi p̄ch̄dolor qui crimen lese maiestatis d̄miserunt. peccantes scz in illaz eterni p̄is sapientiam et blasfemijs ipsam quantum in eis est maculantes q̄ candor est lucis eterne et speculuz sine macula dei maiestatis. **Q**ue sc̄o igitur quam hij penam sententiantie iusticia meruerunt. **D**rofecto non minorem q̄ penaz damni permaximā necnō et terribilem penam sensus. et vere nō minorem aliquā q̄ eterne mortis penam **Q**antum hoc reum quēpiā terrere poss; si nō haberet signum in bono. si non p̄ signa quedam d̄solationez recipet. **Q**ue naz inquit sunt illaz. certe signum p̄piciatōis. v̄l post p̄niaz noticie approbationis signum. p̄mmo p̄ign⁹ diuine dilectionis. signuz magni beneficij. signum regni celestis hereditarie possidēdi. que p̄fecto signa cōsistunt in diuinis disciplinis et flagellis. **Q**uis scire tu qui flagellaris q̄ signum habeas diuine p̄piciationis. **A**udi psalmistam qui ait de⁹ tu p̄pici⁹ fuisti eis et v̄lciscens in omēs adinventiones eorū. **A**udi et apostolum ad corinthios scribentem. **I**deo inquit. .f. p̄pter peccatū inter vos multi infirmi et imbecilles et dormiūt m̄ti. et subiungit. **A** domino corripimur vt nō cum hoc mundo damnemur. **A**udi quoq; gregorium id egregie d̄firmantem. **I**deo inq̄e d̄ns hic quibusdam p̄cit vt in perpetuum feriat. **I**deo autem hic ferit non p̄cendo vt in eternum parcat. **S** ille. **N**ec mirum. **S**iquidem deus non punit bis in idipsum. **Q**uis rursus scire qui disciplinam recipis diuine v̄ltionis q̄ penitentiam tuam de⁹ approbet seu q̄ p̄ illam signum habeas noticie sue approbationis. **A**udi illū **A**mos

7

prophetam in psona dominica ppositum exprimentē. tūmodo inquit vos agnoui ex omnib9 aggregationib9 terre. Idcirco visitabo sup vos om̄s iniquitates vestras. **S**3 et si rursus scire desideres per disciplinā dei et correctiones signū p̄mo et pign9 diuine dilectiōnis te habere. ad hoc reuoces ad memoriā p̄ sororē meam p̄a9 inducta et attendas etiā aliud dictū salomōis. **D**isciplinā inquit domini fili mi ne abicias. ne deficias cū ab eo corripis. quez enīz diligit de9 corripit. et quasi pater in filio d̄plac3 sibi. **E**cce igitur habes in correptione signum dilectionis. **S**3 et glosa in hoc diuini amoris pign9 reprōmittit. **T**anto inquit ergo min9 de flagello quo castigamur murmurare debem9. quanto certius in eo paterne dilectionis pign9 tenemus. **V**n̄ ip̄e ait **E**go quos amo arguo et castigo. h̄ glo. Rursus si vis scire q̄ in disciplina seu flagellis diuine vltionis signum habeas desiderabile beneficij et salutis. **A**udi qd̄ machabeoz libro dicit. **A**ulto tpe non smere peccatorib9 ex sententia agere. s3 statim vltiones adhibere magni beneficij est indicium. h̄ ibi et vtiqz bene. **N**ōne em̄ medicinam cito adhibens vulnerato beneficiuz ei prestat. **E**atepi hoc necesse est. **S**3 ecce quid ait in loco egregi9 pater gregoriz. **E**lecti inquit quiqz timent. ne vltio que suspendit in fine grauior seruet. pena ferri paterna correptione desiderant. et dolorem vulneris salutis medicinā putāt h̄ ille. **D**eniqz vis scire qui disciplinariis q̄ signum ex hoc habeas hereditarie capiendi p̄mium regni celestis. **A**udi itidē gregoriz. **N**e inquit queratis de verberē dum nescis que te maneant p̄mia in retributōe. **Q**ui rursus de flagellatis loquens ait. nisi hereditatem dñs dare disponderet. erudiri eos p̄ violentiam nō curaret

XII. CONSIDERATIO.

Dodecima puella sic ait. **C**ur non gaudes de flagellis celestis patris. que si deessent tibi. nō esses vn9 de legitimis filiis nec tibi p̄ d̄sequens deberetur hereditas illa magna et inestimabilis ip̄i9 patris celestis. **N**onne ad hanc spectat vrbs beata iberusalem dicta pacis visio. que d̄struit in celis viuis ex lapidib9. cui9 porte nitent margaritis aditis patentib9 platee et muri eius ex auro purissimo. **S**3 et turrez iberusalem gemmis edificabunt. **N**onne hac in ciuitate d̄stituit pater filiis lucidissimas mansiones quas ille xpi miles sanct9 sebastian9 māsiōes sydereas appellauit. immo ciuitas illa habitaculi. ciuitas regni syderei videt̄ ipsis syderib9 pauimentata. **Q** vere degenerē qui hui9 hereditatis. huius ciuitatis tam speciose et gloriose amore non rapitur. in qua dicti militis immo et angelici voluminis testimoio ita delicie et diuitie et gaudia inchoantur vt finiri nō possint. hec vero hereditas solis filiis legitimis reseruatur. **S**3 qui filij legitimi capaces hereditatis dñi. **A**udi apostolū paulū raptum in paradissam voluptatis vbi ei ostensa est substantia hereditatis. **Q**ui de filiis legitimis tanq̄ de veris

loquens heredib⁹. Domin⁹ inquit flagellat omnem filiu⁹ que⁹ re-
 cipit. Audi ibi apostoli glosatorem. i. quem receptur⁹ est in here-
 ditatem eternam. adde omnem etiam unicū qui sine omni peccato
 est. Si ergo except⁹ es a passione flagellon. except⁹ es a numero
 filion. vinc⁹ ille de patris substantia nat⁹ equalis patri in forma
 dei verbum quo facta sunt omnia nō habebat ubi flagellaret⁹. ad
 hoc autem carne indut⁹ est ut sine flagello nō esset. qui ergo fla-
 gellat unicū sine peccato. relinquet ad optium qui est cuz pecca-
 to. Vnic⁹ sine peccato. non tñ sine flagello. exemplum nobis apo-
 suit in passionib⁹ suis. Attende qd nō ait omnis qui flagellat⁹ fili-
 us est. s; omnis fili⁹ flagellat⁹. Alter em null⁹ recipitur. et quia
 flagellat omem filium. ideo pseuerate vsq; in disciplina patienter
 ferendo ut debetis. qz in hoc qd disciplinā dat offert se deus tanq̄
 filijs. i. patres se esse ostendit. h̄ glosator. Subiungit aut apostol⁹
 ei⁹ qd dixerat similitudinem in humanis. quis em inquit fili⁹ que⁹
 non corripit pater. qd si extra disciplinam estis cuius p̄cipes fa-
 cti sunt om̄s. ergo adulteri et non filij estis. h̄ apostol⁹. Audi igit⁹
 rursus ipi⁹ apostoli glosatorem. Pater inquit dat disciplinā ut nō
 auferat misericordiam. cedit otumacē. ut reddat hereditatem. Si
 p̄missa patris bñ agnouisti. non timeas flagellari. s; exhereditari
 Noli eē iniquo sensu et puerili ut dicas pl⁹ amat pater me⁹ fratre
 meum cui p̄mittit facere quidquid vult q̄ me. qz si me mouero cō-
 tra ei⁹ iussionem flagella inuenio. poti⁹ gaude sub flagellis. qz ti-
 bi seruatur hereditas. illis ad temp⁹ p̄cit quos in eternum damna-
 bit. Sequit⁹ sup verbū. Qd si extra. quasi dicat nos filij state in di-
 sciplina. qd si extra disciplinaz estis. cui⁹ discipline p̄cipes facti
 sunt om̄s filij dei. ergo estis adulterini filij. et n̄ legitimi. v̄ adul-
 teri. i. dyaboli possessio et nō filij dei. h̄ iterum glosator. Audi autē
 et quendā alium loquentem ad p̄positum. disciplina inquit dei est
 arra dei data filijs adoptionis qd sint heredes. coheredes aut xp̄i
 vnde h̄moi plaga dei seu p̄cussio tanq̄ nūm⁹ existens de p̄cussura
 diuine monete. est nūm⁹ dei. ergo nisi stet p̄ hominem cōfirmatus
 est tract⁹ quo de⁹ p̄ corde tuo spondet dare eternam hereditatē
 in celis. Nis omnib⁹ d̄cordat egregium verbum gregozij p̄ sozo-
 rem meā p̄ime recitatū.

Capitulum duodecimum d̄tinens d̄solationes sup castigatiōe
 et punitione facta p̄ culpa.

Duodecimo post p̄missa ad sepe dictam dominam cō-
 solatricem accessit et ali⁹ tristis de castigatiōe et puni-
 tione p̄ culpa d̄querend⁹. cui illa d̄ suis puellis. v.
 d̄solatrices satis p̄doneas deputauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. Cur homo a deo tuo nō acceptas signum
 in bonum. s. op⁹ castigatiōis. qd est utiq; signum d̄solatoriu

7

fai amozis. quippe ego iquit quos amo arguo et castigo. **S**3 et paulus ait. **N**oli negligere disciplinam dñi. neq3 fatigeris dum ab eo argueris. quē em diligit deus castigat. hinc et thobias **B**enedico inquit te de9 israhel qz tu castigasti me. **O**ccurrit autem et auctoritas ex sermone magni ambrosij venerabili decretorū volumine canonisata. **N**on inquit osculatur semp pater filiu3. s3 aliquñ castigat ergo qñ castigatur diligitur. tunc circa eum pietas exercetur. habet em et amor plagas suas que dulciores sunt cum amarissime inferuntur. dulcior ē em religiosa castigatio. q̄ blāda remissio. **D**ulciora sunt vulnera amici q̄ voluntaria oscula inimici. **C**oncordat et hys magn9 pater **A**ugustin9. **N**ō omnis inquit qui p̄cit amicus est. nec om̄is qui verberat inimic9. meliora sunt em vulnera amici q̄ voluntaria oscula inimici. **M**eli9 est cū seueritate diligere. q̄ cū leuitate decipere. qui freneticum ligat. et qui letargicū excitat ambob9 molest9. ambos amat. quis nos potest ampli9 amare q̄ deus et tamen fomentis leuib9 quib9 osolatur sepe mordacissimum medicamentum tribulationis adiungit. h3 magn9 pater. **Q**ui rursus alibi ad idem sic dicit. **M**olest9 est inquit medic9 furenti frenetico et pater indisciplinato filio ille ligādo. ille cedendo. et ambo diligendo. **S**i autem illos negligant et p̄ire p̄mittant ista poti9 flā mansuetudo est crudelitas. h3 ille. **S**3 quid. certe multum consolatorium debet esse op9 tale tanq̄ dilectionis signuz quo crudelitas declinatur.

II. CONSIDERACIO.

Secunda puella sic ait. **O** homo nonne culpaz recognoscis. dic secure recognosco. causamq3 adicias. qz p̄ximum meum offēdi immo dicas verius. quia offendi deuz meum. fratrem meum matrem sorozem. et patrem. h3 enim multiplex potest esse hominis ad deum habitudo. **S**i igitur dixerunt fratres ioseph parump castigati. merito h3 patimur. quia peccapim9 in fratrem nostruz. quid iudicabis de ceteris filijs hominū. nunquid non et illi dicturi sunt qñ a deo p̄ culpis suis castigantur. **M**erito hec patimur. quia peccapim9 in deum nostruz. cuius si perfecerim9 voluntatem et pater q̄ dem et mater soroz et frater nobis esset. ipso hoc in euangelica hypostozia asserente. **S**3 quid. profecto experientia docet hoc ad osolationez pertinere castigati q̄ se ex culpa recognoscit merito castigari testante illo poeta qui dicebat. leuiter ex merito quidquid patiare memento. **B**ed egregius ille pater gregori9 sub pulchra methaphozā ad idem loquens. **T**anto quis inquit patientius ferrum medici tolerat quanto putridum esse conspicit quod secat. **I**dem quoq3 pater magis ad p̄posituz de consolatione pro culpa castigati alibi loquens. **F**acilis est inquit cōsolatio si inter flagella que patimur. ad memoriam delicta renocamus. atq3 hoc iam nō flagella

3

sed dona esse conspicimus. sique carnis delectatione peccamus. carnis dolore purgamur. h. ille egregius pater. sed quis in consideratione donorum non reciperet consolationem.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. O homo nonne euentus ille propterea consolatius esse debet quo quis per malum aliquod quod modicum est in respectu a maximo malo supportatur. Certe fateri hoc necesse est. sed profecto hoc contingit dum quis pro culpa castigatur debite seu punitur. Datet exemplariter proculo quodam attestante. neque enim inquit corpore secari solum et vni malum sed languere sectione et ostione indigens. non ergo providencie remissio est. sed intensio nondum puniri a puniente recte. etenim vere hec maxima punitio in malo manere impunitum et si quis videre seipsum posset talem habitum habentem. tunc utique gemeret entem seipsum. Hec ille proclus. qui hac verbi gratia satis innuit manentem in malo impunitum. tantam habere deformitatem interioris habitus quod gemeret seipsum esse. et potius vellet non esse quam se esse taliter deformatum. Sed et premissae suae comparationi supra neptis mee dicta consonant manifeste.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Nonne libenter velles crescere virtutum incrementis. Vellem forsitan inquires. Vis ergo scire modum. Ecce natura docet te in plantis. Sicut enim planta quedam plantata secundum illum aristotilem non crescit. nisi parum sit concussa. Ita est et de quibusdam hominibus quod in altitudinem perfectionis non crescunt nisi tundantur vel contundantur moderate tunctione regularis discipline vel castigationis diuine quibus hic tunduntur homines nunc in spe. et tandem in re celestis habitationis plantati in domo domini in atrijs domus dei nostri. De quibus nimirum etiam sub metaphora lapidum canit sancta mater ecclesia. Tunctionibus pressuris expoliti lapides suis coaptantur locis per manus artificis disponuntur permansuri sacris edificijs.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. Nonne frater quandoque erras in via meorum. in via dei aut lento forsitan gressu procedis in eadem. Si ergo ad modum iumentum flagellaris ut utrumque corrigatur. Utique bene tecum agitur. quomodo inquires ad modum iumentum. Ecce iumentum percussum agnoscere videtur quod idcirco percutiatur. quia vel nimis lente progreditur. et ob hoc gressum accelerat. vel quia ad viam redire debeat a qua errabat. Absit autem a te frater quod minus intelligas quam iumentum. Intellige ergo quod idcirco flagellaris ne stes in via. sed celerius progrediaris quemadmodum de quibusdam psalmista ait.

7

multiplicate sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt. Nempe in via dei non progredi regredi est. ut ait pater clareuallis. Sed et disigne acceleratur ad terminum qui est hominis summum bonum. Rursus intellige quod ideo flagellaris. quia deus error te abduxit a via dei. a via solaris pulchritudinis. et per flagella reduceris. O felicia flagella que hoc operantur. nam et via ad quam reducuntur est utique felicissima. Vie eius inquit salomon via pulchre. et semite eius pacifice. Nimirum eodem teste salomone. Via impiorum tenebrosa. nesciunt ubi coaruant. iustorum autem semita quasi lux splendens procedit. et crescit usque ad perfectum diem. Ibunt namque de virtute in virtutem. Sed quid habet pulchritudinis aut splendoris ista via. utique plus quam si esset aurea vel quam si esset de solari materia. quippe secundum magni patris Augustinum Verior est lux in spiritualibus quam in corporalibus. Sed ecce dicit ille prosper. Ad patriam vite de noctis valle vocati. Virtutum gradibus scandite lucis iter.

Capitulum tredecimum continens consolationes super dolore contritionis et vniuersaliter super penitentia.

Undecimo post premissa ad dominam consolatricem principalem accessit et alius tristis ex eo quod ei dolor contritionis et vniuersaliter penitentia incumbere. petens ab ea consolationem sibi impendi. cui illa hac de causa de suis puellis sex ydoneas assignabat ad ipsam consolandum.

I. CONSIDERATIO.

